FLORA.

№ 40.

Regensburg. 28. Oktober. **1859.**

Inhalt. ORIGINAL-ABHANDLUNG. Nylander, de membrana interiore thecarum apud Lichenes. — LITTERATUR. Baillon, Etude générale du groupe des Euphorbiacées. — ANZEIGE der für die k. bot. Gesellschaft eingegangenen Beiträge.

De „membrana interiore“ thecarum apud Lichenes. Scripsit W. Nylander.

Haud raro videre licet botanistas, parum usu microscopii et notionibus versatos observationum ope instrumenti ejus factarum, res conspicere et enuntiare quae interpretatione omnino manca vel erronea innituntur. Ita adhuc vulgare est, ut corpuscula observata illi semper plana sibi fingant; inde termini exstiterunt „soleae-formes, cymbiformes, limbatae“ etc. sporis saepe accommodati. Ex errore simili tironis in his rebus sermo est de sporis „annulatis“, quum de sporis septatis agitur.

Quoad „membranam interiorem“ thecarum, auctores qui de tali loquuntur manifeste aut parietem internum (lineam internam sub microscopio sistentem) thecae aut protoplasma earum (quod continent) intellexerunt. Citatur ex. gr. Schacht, die Pflanzenzelle t. 2, f. 12, 13, ut „membranam“ illam demonstrans, at certe ibi nihil videre licet nisi 1° parietem thecalem incolorem et 2° protoplasma sporas involvens lutescens, nec cel. Schacht de aliis partibus mentionem facit.*) Jam animadverti (in Prodr. p. 158), ab

*) Observetur figuram citatam 12 solum erroneam esse utpote thecas infra filamentose prolongatas exhibentem, quod non fidum, nam hypothecium lichenis delineati contra est minute confuseque vel obsolete cellulosum.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05972-0627-2

observatoribus superficialibus thecas *Arthoniarum*, pariete superne (apice) valde incrassato gaudentes, describi sporis cavitatem thecalem haud replentibus, sed ad partem ejus inferam reductis; ita pro cavitate sumunt auctores quod solidum est, scilicet pars incrassata parietis ipsius thecae. Idem ex. gr. in *Cladoniis* et *Stereocaulis* observatur. Protoplasma porro sporigenum saepe sporas e thecis ruptis egressas conglutinans iuvenitur, hoc autem naturam membranaceam nullo modo indicat, similisque ea substantia inter ac circa sporas diffusa plus minus liquida conspicitur. In lichene vegeto protoplasma semper liquidum adest.

§ 2. Membrana ita interior, in scriptis celebratis „evidens," revera dissectioni thecarum attentissimae fugiat, ni fallor.

Quae de hac re attuli et de multis aliis, a schola certa sibi praefidenti a priori (ut dicunt) rejici, haud quidem mirandum. Constat nullos esse surdiores quam qui audire nolunt.

Litteratur.

M. H. Baillon, Etude générale du groupe des Euphorbiacées. — Recherche de types, Organographie, Organogénie, Distribution geographique, Affinités, Classification, Description des genres Avec un atlas de XXVIII. plnch. Paris, Vict. Masson. 1858.

Gewiss einem Jeden, der — sei es im Vaterlande am gemüthlichen Studirtische, umgeben von seiner mehr oder weniger vollständigen Bibliothek, — sei es in fernen Ländern, wo ihm nur die wichtigsten Bücher zur Bestimmung der vorhandenen Pflanzen mitzuführen gestattet ist — sich mit der Familie der Euphorbiaceen und deren mannigfaltigen Formen beschäftigen muss, wird von Zeit zu Zeit ein tiefer Seufzer der Brust entfahren, wenn er eine Pflanze dieser Familie zu bestimmen hat. Denn einerseits sind die wenigen generellen Arbeiten über diese Familie schon vor so langer Zeit erschienen, dass sie bei den mannigfaltigen Entdeckungen der neueren Zeit als durchaus ungenügend erscheinen müssen, andrerseits sind die verschiedenen neueren Beschreibungen und Charakteristiken neuerer Pflanzen dieser Familie so sehr zerstreut in den verschiedensten periodischen Schriften, dass es schon eine recht dankbare Arbeit gewesen wäre, wenn Jemand dieses Material nur

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05972-0628-8

observatoribus superficialibus thecas *Arthoniarum*, pariete superne (apice) valde incrassato gaudentes, describi sporis cavitatem thecalem haud replentibus, sed ad partem ejus inferam reductis; ita pro cavitate sumunt auctores quod solidum est, scilicet pars incrassata parietis ipsius thecae. Idem ex. gr. in *Cladoniis* et *Stereocaulis* observatur. Protoplasma porro sporigenum saepe sporas e thecis ruptis egressas conglutinans iuvenitur, hoc autem naturam membranaceam nullo modo indicat, similisque ea substantia inter ac circa sporas diffusa plus minus liquida conspicitur. In lichene vegeto protoplasma semper liquidum adest.

§ 2. Membrana ita interior, in scriptis celebratis „evidens," revera dissectioni thecarum attentissimae fugiat, ni fallor.

Quae de hac re attuli et de multis aliis, a schola certa sibi praefidenti a priori (ut dicunt) rejici, haud quidem mirandum. Constat nullos esse surdiores quam qui audire nolunt.

Litteratur.

M. H. Baillon, Etude générale du groupe des Euphorbiacées. — Recherche de types, Organographie, Organogénie, Distribution geographique, Affinités, Classification, Description des genres Avec un atlas de XXVIII. plnch. Paris, Vict. Masson. 1858.

Gewiss einem Jeden, der — sei es im Vaterlande am gemüthlichen Studirtische, umgeben von seiner mehr oder weniger vollständigen Bibliothek, — sei es in fernen Ländern, wo ihm nur die wichtigsten Bücher zur Bestimmung der vorhandenen Pflanzen mitzuführen gestattet ist — sich mit der Familie der Euphorbiaceen und deren mannigfaltigen Formen beschäftigen muss, wird von Zeit zu Zeit ein tiefer Seufzer der Brust entfahren, wenn er eine Pflanze dieser Familie zu bestimmen hat. Denn einerseits sind die wenigen generellen Arbeiten über diese Familie schon vor so langer Zeit erschienen, dass sie bei den mannigfaltigen Entdeckungen der neueren Zeit als durchaus ungenügend erscheinen müssen, andrerseits sind die verschiedenen neueren Beschreibungen und Charakteristiken neuerer Pflanzen dieser Familie so sehr zerstreut in den verschiedensten periodischen Schriften, dass es schon eine recht dankbare Arbeit gewesen wäre, wenn Jemand dieses Material nur

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05972-0628-8

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1859

Band/Volume: 42

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: De „membrana interiore" thecarum apud Lichenes 625-626